

Augustini et Institutiones sanctorum patrum celebrent. **I**tem
sub pena excommunicationis late sententie precipimus ut omnes
religiosi et precipue moniales habitum copulatum et velu-
t secundum regulam ferunt ubique fuerint constituti Cappas
manicas tunicas phalas indumenta tabbardos Calceos
vel caligas non ferant nisi beati benedicti et beati Augu-
stini regule congruentes quod propter abusum qui hys tem-
poribus in talibus moleuit sub pena excommunicationis late sente-
tie precipimus ab omnibus tam monachis quam monialibus
firmiter observari. **I**tem non habeant nec pecuniam nisi
cum hoc committitur ratione officii vel administrationis si
bi commissum per abbates. **I**tem officia vel administrationes
habent contractus non meant locaciones quarumvis re-
rum mobilium vel immobiliarum non faciant mutui aliquatenus
non recipiant a quocumque propter statum abbatis et conventus
Et si contrafecerint fiant contractus huius non teneri et
se suam excommunicationem in ipso in hoc casu a nobis latam in
hys scriptis incursisse Et hec eadem extendi volumus ad
plures et canonicos regulares ac premonstratenses et ali-
os quoslibet religiosos. **I**tem abbates et priores
distante precipimus ut omnia et singula que ad regulam et
ordinem pertinent faciant ab omnibus et singulis inviola-
biliter observari cum appositione pene que in regula con-
tinetur rebelles vero et incorrigibiles ad nos deferentes
ut ipsorum per nos rebellio composcatur. **I**tem statum
ut secundum statum concilii generalis domini Innocentii pape
tercij per abbates priores prepositos ordine sancti Bene-
dicti nre civitatis et diocesis de triennio in triennium con-
cilio observetur Cuius concilij tenore volumus ut singu-
li habeant ut fiant qualiter huius concilij servare teneant
Et quia huiusmodi statum est negligenter servatum licet
dominus Conradus pdecessor noster antedictus hoc mandaverit
nos penam adiciamus et non servantes excommunicationem in hys
scriptis usque huc verba statuti Nos autem pro clariori

